Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Cum balneandus es eijce si potes totam aquam de balneo · ut noua et recenter surgente utaris

Balnea sicut alia remedia operantur cum tempore / et ideo si non statim curaberis / non desperes · sed potius prosequaris

Balneorum Juuamenta / processu temporis magis senecies.

Galienus medicus uenit / ut uideret hec balnea / uidit / et miratus est · sed paucis uerbis aquam spelunce tangens / aliquarum aquarum uirtutes in suis operibus at non expressit · Post quem Orobasius antiquus phisicus eorum balneorum que tunc in usu erant nomina et efficacias in decimo operis sui libro inseruit · Quem secutus Alchadinus poeta siculus et facundus / triginta balnea elegantibus uersibus adornauit · cuilibet balneo · xij · uersibus distributis / ut eciam ipso uersuum numero / sanitatum uniuersitas et integritas signaretur / Metra uero aque de sulphataria / cum istis stilum / aut conuenienciam non habent / quia eius non sunt · Lauacra autem ortodonnici / de scropha · sancte lucie et sancte crucis post istos reperta · Quidam uersibus non stantibus / et male compositis descripxit · In hac autem prosa quedam uirtutes / quas postea experiencia docuit · ac quatuor alia balnea / et sudatorium tituli / nouiter reperta addite sunt / quas ex collacione reperies :